



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1624. usque ad annum 1627

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1778**

**VD18 90118863**

§. 27. Decii Carasæ Cardinalis obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67369)

lymphato circumfundens se, in ædes Sæc. XVII.  
 irruit, cunctaque dilacerare, fusdeque A. C. 1626.  
 vertere cæpit, quin Senatus hortatio-  
 nibus, aut immisissis præfidiariis refræ-  
 nari posset. Jam antea Amstelodami  
 die decima tertia ejusdem Mensis  
 furiis perciti calones, Lippi ac ton-  
 fores turmatim in Arminianos im-  
 petum fecere, extractisque Arminia-  
 ni Verbi Ministris omnia tumultibus  
 fœdarunt, ac integram militum cohortem,  
 quam urbis Centurio furiosis op-  
 poluerat, lapidibus abegerunt, quin  
 imo ipsemet Centurio a promiscue sæ-  
 viente sexus utriusque colluvie protru-  
 sus, pulsatusque, ægre, non sine summo  
 vitæ periculo evaserat. Nec tamen  
 adhuc his satiata erat Calviniana ra-  
 bies; altera enim die furiosi hi mango-  
 nes furiis acti facto inconditæ multi-  
 tudinis concursu cæptos redintegrarunt  
 assultus, ædesque, in quibus Armi-  
 niani privatum habebant cœtum, a  
 fundamentis dejecere; simulque Cen-  
 turionis domum fœde deprædati sunt:  
 tandem vero civibus magno numero  
 opem ferentibus, tumultuantium fu-  
 ror repressus est.

## §. XXVII.

*Decii Carafæ Cardinalis obitus.*

Ff 3

Eun-

Sæc. XVII.  
A. C. 1626.

*Ciacon. in  
vit. Pauli V.  
pag. 422.*

Eundem hunc annum vitæ suæ funestum, postremumque habuit Decius Carafa Patritius Neapolitanus, qui adhuc puer Clericali militiæ adscriptus, plura obtinuit Sacerdotia, ac Reverendarii munere per aliquot annos defunctus, a Clemente VIII. in Lusitaniam decernebatur, inde vero Romam evocatus, a Paulo V. in Belgium, postea in Hispaniam Sedis Apostolicæ Nuntius mittebatur, demum vero præclaris obsequiis Ecclesiæ præstitis ables Cardinalis Presbyter, & invitus Neapolitanus Archipræsul ab eodem Pontifice renunciabatur, quam Ecclesiam tredecim omnino annis pie prudenterque moderatus est, eamque impensis plusquam viginti sex aureorum millibus elegantissime exornavit. Vir enim vere Ecclesiasticus, & sacra purpure dignissimus, atque ob incomparabilem vitæ integritatem, sanctioris Zeli famam, Religionis, clementiæ, ac pietatis laudem longe celeberrimus. Emittit præcipue in singulari Deiparæ Virginis cultu, vigilantia ac studio coercendis subditis, in Clericorum moribus restaurandis, atque in disciplina Ecclesiastica salubriter restituenda. Hæc in finem plures celebrabat Synodus, ac frequenter ipse suam Diæcesim visitabat. Catalogum quoque aliquot

Neapolitanæ Urbis Sanctorum, quorum Sæc. XVII.  
 memoria ab hominibus multis retro A. C. 1626.  
 sæculis exciderat, unacum historia vitæ  
 cujusque Sancti edidit. Denique an-  
 nis, meritisque plenus, die vigesima  
 tertia Januarii septuagenario major  
 Neapoli decessit, in Ecclesia sua Ca-  
 thedrali sepultus.

## §. XXVIII.

*Odoardi Farnesii Cardinalis mors.*

Sequentis Mensis die vigesima prima Ciacon. in  
 iato concessit Odoardus Farnesius vita Gre-  
 Alexandri Parmæ Ducis Filius, qui gor. XIV.  
 Romæ liberaliter educatus, atque in Maracc. in  
 generis disciplinis excultus, Abbasque Purp. Mar.  
 Cryptæ Ferratæ, & tandem absens a  
 Gregorio XIV. Cardinalis Diaconus re-  
 nuntiabatur. Præfuit etiam primo Sa-  
 binensi, postea Tusculanæ Ecclesiæ,  
 Sceptrumque Ducale, quod ei Ranu-  
 tius frater ipsius obtulerat, generoso  
 animo respuit, totum se pietatis ope-  
 ribus sacrans: præterquam enim quod  
 plures Sodalitates, sacrosque Ecclesia-  
 sticorum & Laicorum cætus suæ curæ  
 commissos beneficiis amplissimis, largi-  
 terque erogata pecunia locupletasset,  
 insuper Jesuitis Romæ professorum æ-  
 des, & sacrarium centenis & amplius  
 aureorum millibus extruxit, Carmeli-  
 tis